



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

1 An contractus emptionis & uenditionis sit reipublicæ necessarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

non video quomodo defendi possit. Nisi omnes indiscriminatim oppidani & mutuum susciperent & quasi gratuitum spontaneumque tributum per capita illud soluerent. Nam si non ab omnibus, sed ab illis tantum, qui mutuo egent contradatur, palam extorquetur ratione mutui.

QVÆSTIO II.

DE GENERALI RATIONE CONTRACTUS EMPTIONIS & VENDITIONIS.

ARTICVLVS I.

Utrum contractus emptioni & venditionis sit Reipub. necessarius.

Dvo supra capita statuimus, quibus humani contractus deprauantur, videlicet aut id vendere, quod nullius est pretij, aut quod pretiosum est, plus iusto distrahere.

De priori vitio sub vitæ nomine quæstio ne precedenti disputatum est, conuenitur ergo ut de posteriori disputacionem prosequamur, quæ quidem disputatio de contractibus interhibetur. Et quoniam omnium primus atque aliorum index est contractus emptionis & venditionis, quæstio hæc secunda instituitur de generali ratione huiusmodi contractus, atque adeo primus articulus, an sit necessarius reipublicæ.

Arguitur enim a parte negatiua. Quantum vita humana simplicius ac sincerius traheretur, tanto quietius viueretur ac felicius, sed si solum esset rerum cambium, ut videlicet res non numismate distraherentur, sed pro rebus commutarentur alijs, quietior esset mortalium vita, & a tumultibus trucidior, quos negotiationum turbulencia secum affert, ergo contractus emptionis tollendus de medio esset humanæ reipublicæ. Secundum arguitur. Secula multa, ut s. Eth. & 1. Poli. ca. 6. auctor est Aristot. absque numerorum usu transferunt. Et Plinius lib 37. c. 3. ait. Seruium Romanorum regem primum sinasse as nota pecudum, vnde pecunia dicta est, & postea fuisse si-

gnatum argentum, anno vrbs 585. & longe post aurum. Et lib. 7. c. 56. ait Liberum patrem instituisse, emere, ac vendere, illis autem seculis felicior agebatur vita, atque a fraudibus ac sollicitudinibus incolumior quam modo nobis per istas negotiationes agere licet, ergo perniciosus est iste contractus, tantum abest ut sit necessarius. In contrarium est idem Arist. loco citato, ubi ait necessitatem humanæ vitæ numi fuisse inuentricem, qui esset velut mensura & norma æquitatis rerum. Id quod & Iuriconsul. l. 1. ff. de contrahen. emptio. discrete retulit.

Aristot.

Igitur quo quæstionem a genere ipso auspicemur, prima nostra conclusio sit. Contractus est actio inter duos & ex qua vtrinque obligatio nascitur. Sic enim Vlpianus ait l. Labeo. ff. de verb. ac rerum signific. Contractus est vtro utroque obligatio, quod Græci ἀντιπραγμα vacant, hoc est confectum, quando videlicet quidpiam ego causa tui, tu vero causa mei, accepta dataque vtrinque fide confidimus, ac ratum habemus. Quapropter prædictio illa contractus, est obligatio (ut sic loquamur) non est identica, sed causalis, illud exhibens sensum, quem nos in nostra conclusionem explicuimus, ut quia stato pretio paciscimur, me tibi merces aditutum te vero mihi idem pretium, mutua emergit ex venditione obligatio. Atqui hinc fit restrictio nomine nullum pactum dicitur contractus, nisi ex quo vtrinque oritur obligatio. Quæ sunt, do ut des, facio, ut facias, do, ut facias, facio, ut des, quæ quatuor connumerantur l. natura. ff. de præscriptis verb. Quemadmodum in matrimonio, inque uenditione, mutatione, &

Prima conclusio.

Restrictio noie nulli pactu contractu dici uolet.

id genus reliquis. Contractus namque omnis, si de suo nomine rem perpendas, actus iustitiæ est, utranque colligantis partem. Laxant tamen alij latius nomen usque ad illas actiones ex quibus ex altera tantum parte oritur uinculum, ueluti est donatio, & simplex promissio. Et ideo Bald quem Sylue. citat in uerbo, contractus. & Contra. sequitur. qu. 16. distinguit de nomine contractus, quod accipiat proprie, quando obligatio oritur ex utraque parte, & improprie, pro eo ex quo oritur tantum ex altera parte, & improprijssime, quando ex neutra nascitur. Sed re uera abusive iusta acceptiones ab usu essent abigendæ. Soto, de iust. & iure. N n Hoc

Baldus. Sylue. Contra. Aristot.

Primus argu. a parte negatiua. Socialis Aristot. Plinius.

Oculus

Hoc n. est nomina sua natia significatio ab ille rare, si quidem neque donatio neque promissio simplex ad iustitiam attingit, sed sunt actus liberalitatis. Vnde Aristot. 4. Topic. Donum inquit, est datio irredibilis, mutuario vero, quamuis secus ibidem Contra. tenentur & nihil a propria ratione contractus recedit. tum quod est datio ut reddatur, tum quod si fide data pollicetur es mutare, tu tenent dare atque aliter reddere. Quod autem contractum, alium etiam velint appellare, ubi nulla est obligationis vis, sed potius obligationis relaxatio, merito fatentur esse (ut suo utar nomine) improprijissimi. Exemplum est in acceptatione, puta quando debitor creditorem interrogat, an quid illi debeat, acceptum habeat. & ille responderet, acceptum habere, hoc est illi condonare. Hic namque potius est solatio debiti seu remissio, quod ex contractu ortum est, quam contractus. Sed & contractuum species, numerosius quam ars permittit, multiplicat. Seco. n. 4. d. 15. q. 2. octo species discernit, ac totidem Gerson in suo tractu de contract. licet parum indifferenter. Antonius vero 3. pa. tit. 8. ca. 2. duodecim, sed Conrad. quod suum ingenium est, ad species nu. 3. divisionem in partem pertrahit, quae potius species non sunt, sed rerum potius connumeratio, in quibus confusi contractus possunt. Eiusmodi autem materiales divisiones, cum arte non contineantur, in infinitum abeunt. Si ergo nobis secunda conclusio, septem sunt contractuum species scilicet emptio, cambium, mutuario, emphyteusis, commodatio, permutuata commodatio, & locatio, & tamen si prima ad secundam, sextaque ad septimam quodammodo reducantur. Missum enim hinc facimus matrimonij contractum, quae mutua est personarum traditio. Nam reliquos tantum qui in externis bonis celebrantur, consideramus, quorum praesens tractatio instituitur. Hortus autem tres tantum ordines reperas. Et enim cum tria in huiusmodi rebus sit meditari, videlicet dominium, usum fructum, & usum, vnus est contractuum ordo, quibus dominium transferretur, alius vero eorum quibus conceditur usus fructus, atque tertius eorum, quibus conceditur nudus usus. Igitur ubi dominium rei transferretur, si gratis id fiat absque vlla redditionis obligatione, nuda donatio est, quae ideo contractus nomine

non censetur. Cui ad iungitur & liberum legatum, nimirum, ubi nullus est iustitiae debitum. Si autem translatio non gratis, inde emergunt tres contractuum species scilicet cambium, venditio, & mutuario. Cambium est, ubi res pro re commutatur, ut panis pro vino, mel pro oleo, corium pro panno, &c. licet de nonorum cambijs alia sit longe ratio, ut infra videbimus. Emptio autem est, ubi dominium estimato pretio transfertur, sed mutuario, ubi transferretur, ut idem vel tantumdem reddatur. Quod in rebus usu consumptibilibus, & potissimum in numismate usu venit. Si autem saluo dominio transferatur usufructus non gratis, sed pretio, sic tertius contractus, qui est emphyteusis, seu censualis pensio. Ut fundum sub annua pensione, vel in tempus, vel in perpetuum alteri tradas. Quamquam dum sit in perpetuum, emphyteuta dominium uile dicatur habere, non tamen directum, eo quod semper dependet a uero dno, si emphyteuta in commissum incidit. Et dicitur emphyteusis, hoc est melioratio, ob id quod illa ratione inuentus fuit olim huiusmodi contractus, ut heriles agri, quos dominus colere non poterat, alterius diligentia colerentur. Dicitur uero merus usus transferretur, tunc exurgunt tres aliae species. Nam si usum rei gratis indulgeas, ut sola tibi restituantur substantia, est commodatio. Haec n. secundum nomen differt a mutuatione eo quod commodatum in eadem spem redditur, ut equus & uellus &c. mutuario uero uel in illa uel in altera, scilicet n. fit mutuantur aurum, si ei restituantur argentum. Secundum uero rem specie differunt quae mutuatione transferretur dominium, commodatione uero minime. Si autem uolumus non gratis concedas, sed pro usu alterius rei, illa est permutata commodatio, aut si alteri commodes equum tuum, ut suam tibi commodes mulam. Si autem usum concedis, non pro usu altero sed pretio, illa est locatio, cui respondet conductio, siue dno, siue equum, siue proprias operas loces. Pespice ergo quemadmodum ut cambium ad emptionem, sic permutata commodatio ad locationem reducitur. Cambium (ut habetur l. 1. de contrahen. emptione) hoc tantum a uenditione seruitur, quod in illa non fecernitur pretium a te locuti in emptione, sed utraq. existimatur a tertius pretium. Pari modo in permutata commodatio.

Scots.
Gerson.
Anton.
Conra.

Secunda
concl.

Sufficiens
ph
bitu, di
uisionis.
Dono.

commodatione vsus vnus rei, est pretium
 vsus alterius rei, ob idque est quedam loca
 tio. Quare neutra istarum specierum pecu
 niarum habet difficultates præter illas, quæ
 in alijs sunt, ad quas reducuntur. Satis er
 go fuisse quinque dinumerate species, ni
 si quod explanationis gratia duæ alia adie
 ctæ sunt. Venditio namque vltro probabili
 tatis colore se ponitur distinctæ species ab
 emptione, sunt quippe nihil aliud quod
 duæ correlatiuæ partes eiusdem contra
 ctus, licet locatio & conductio. Hinc fit,
 neque depositionem, neque impignoratio
 nem (quippe quibus neque dominium vlt
 imum transferitur neque vsus) esse per se con
 tractu. Deposito namque est positio rei
 apud alium solius custodiæ gratia. Quare
 non est nisi quedam fidei commissio imp
 ignoratio vero est rei cuiuspiam tempora
 riana posito apud alium, ad confirmandâ
 contractus obligationem. Quare ea ratio
 ne dicitur contractus, quia est contractio
 nis, vt potest mutuationis aut venditionis cõ
 firmatio. Quin vero neque fideiussio est
 per se contractus inter fideiussorem & eũ
 pro quo fideiuber, quoniam solum nascit
 ur obligatio ex parte fideiubentis, aliter
 enim nihil ex debet si amicus gratus fidei
 iussit. Sed fideiussio talis, dicitur iure con
 tractus, quia est robur contractus inter de
 bitorem, pro quo fit fideiussio, & credito
 rem, cui fideiubetur. Atque idem dicendũ
 de stipulatione, si pro fideiussione accipia
 tur, si vero pro simplici commissione, nul
 lus est contractus. Sed tamen in iure fre
 quentius vsurpatur pro actione illa, qua
 quis interrogatus stipem obligat, tunc si
 alter aliquam pollicetur conditionem ve
 rissimus est contractus, quia vtrique parit
 ur obligatio. Si autem ad alter nihil obli
 gatur, tunc quia tantum stipulans obliga
 tur, licet contractus iure dicatur, reduci
 tur tamen ad donationem. Ecce contra
 ctuum spēs, quos vocant nominatos, quia
 suum quisq; sortitur nomen. Innominati
 autem licet plurimi sint, ad hos tamen re
 ducuntur. Omnes enim comprehendun
 tur sub illis quatuor speciebus supraposi
 tis, do, vt des, &c. Tertia conclusio. Emptio
 & venditio, sunt contractus reipublice ma
 xime necessarii. Conclusio est Aristoteli & Lu
 riconsulti in locis citatis in argumenti
 post questionem. In primordijs enim hu
 mani generis, tantum erat rerum cambiũ,

mos autem & vsus monstrauit penè esse
 impossibile illa ratione transigi humanam
 vitam. Dum enim furor domo indigeret,
 ingentissimo opus haberet calceorũ acer
 uo, quem pro illa cambiret, quibus vtique
 calceis dominus ad diem forte non indige
 ret sed rebus alijs quibus carebat furor. Et
 dum tu frumento affluens, vino alterius e
 gebas, forte alter tuo non egebat frumẽto.
 Et ideo Arist. 1. Pol. c. 6. barbaras eas gẽ
 tes appellat, penes quas etiam tũc cambia
 tantum rerũ absq; numi matris viu dura
 bant, de quo libro sequenti latius. In hunc
 ergo vsum signatum est numisma, nempe
 vt tum norma esset exequendi res, tamen
 tuas & fideiussor reipublice nomine, vt
 quoties illud portexeris, detur tibi res qua
 rã indigeris. Atq; hunc arbitror genuinũ
 sensum illius Eccl. 10. Pecunia obediunt
 omnia, nempe quod pecunia inuitur e est
 omnis res. Pecuniam enim qui posside, vt
 nalia cũcta habet. Hac ergo ratione ex cã
 biorũ habuit emptio & venditio. Ob idq; in
 illo contractu quia nõ distinguebatur res
 pretio, ex vtraq; parte dicebatur cambium.
 In hoc aut traditio mercũ est venditio, rece
 ptio vero repẽto pretio, emptio. Quare em
 ptio est venditionis finis, quia contractus
 hic ad id ordinatur, vt quisq; sibi necessariã
 provideat. Ideoq; quasi a digno i, denomi
 natur contractus emptionis. Ex his ergo cõ
 pendiosa elicitur venditionis emptionisq;
 definitio, in qua constituenda multi postq;
 se macerarunt, nihil exactũ colligunt. Est
 enim venditio, ei pro pretio distractio, em
 ptio autem rei pro pretio contractio. Sunt
 enim hæc verba iuris, quibus generaliter si
 gnificatur translatio dominij illius rei que
 non est redibilis, vt. C. de rescin. vendi l. 2.
 Rẽ maioris pretij si tu aut pater tuus distra
 xisti. Quocirca hoc verbo notatur discrimen
 inter hunc contractum & emphyteu
 sim loca ionem, in quibus non dominũ
 sed vsus, vel vsusfructus transferitur. Ea itẽ
 voce secernitur hic idem contractus ab vsu
 raria mutuatione. Nãm, licet illic transfera
 tur dominium pecunie pro pretio, tamen
 cum eadem pecunia sit redibilis, non pro
 ptie distracti. Particula aut, p. pretio, sepa
 rat eundẽ contractũ a cambio, quo res pro
 re cõmutatur. Et per horum intelligentiam
 argumenta in contrarium nãa putent Hu
 manũ genus ab imperfecto ad perfectum
 progressum est. Et iõ initio, dum tũc erat

Vfus nu
 mĩma
 tum.

Genui
 nus sen
 sus loci
 sacri.

Defini
 tiones
 emptio
 nis & vẽ
 ditiois.

N n 2. incom

Solutio
nes ar-
gumēto
sum.

incomptumque ac paucioribus necessitati
bus implicitum, per rerum cambia sibi suf-
ficiebat, post vero iam cultius politio-
rem ornatioque vita instituit, necesse habuit
nouas excogitare commerciorum ratio-
nes inter quas consultissima fuit commer-
ciorum usus, licet humana auaritia nihil
non deprauet.

ARTICVLVS II.

Virum negotiatio sit licita.

Quamvis simplex rerum emptio &
venditio, quibus quisque suae familiae
prouidet demonstrata sit reipublicae neces-
saria, non subinde claret negotiationem
esse licitam; quae est emere, vt reuendas,
quae vtrique quaestio est a D. Thom. 4. arg.
q. 77. sub compendio disputetur, hic tamē
ordine quem nos institimus videtur con-
gruentius apponi, vbi aliquantulo fufius
differenda est. Queritur ergo virum ne-
gotiatio sit licita? Et arguitur a parte nega-
tiua: Emptio & venditio ideo ostensa est
necessaria, quod non omnibus omnes abū-
dant, & ideo necesse quilibet habere, vt ven-
ditis quibus sufficit, emat quod sibi deest,
quare emptio (vt dictum est) venditionis
est finis, negotiatio autem est contra huius
modi emptionis naturam. Negotiator enim
non vendit, vt emat quod sibi deficit,
sed per se emat vt reuendat, ergo ne-
gotiatio non est licita. Quapropter Arist.
1. Polit. cap. 6. emptionem rerum, quae ne-
cessariae sunt ad vitam, venditionemque ra-
tione eiusmodi emptionis appellat contra-
stus naturales, emptiones autem negotia-
torias appellat contra naturam, vt pote cu-
ius finis non est vitae sufficientia, sed lucrū.
Atque ex hoc sumitur secundum argum.
quod inibi idem Philo. subiungit, Ars illa
quae non habet praefinitum taxatumque fi-
nem, non est licita, ars autem numularia
& quaestuaria, qualis est negotiatorum, nul-
lum sibi praefert finis modum, sed lucro
lucrum aequate ergo nefaria est. Tertio
arguitur, Negotiatio in causa est vt rerum
pretia exerceant, tum quod merces ad
paucitatem venditorum reducuntur, quae
charitatis causa est, tum etiam quod nego-
tiator carius quam emit, vendit. Et ideo si
omnes ad primos venditores concurrerent,
minoris emerent, id quod rerum vsu vbi-

que experientia docet ergo tanquam re-
publicae nocua interdicenda est negotia-
tio. Quarto, Actiones morales ex pluri-
mum contingentibus existimandae sunt,
plurimum autem negotiationes plene
sunt fraudibus technis, ac dolis, ergo gene-
re suo prauae sunt, atque adeo de medio tel-
lenda. Hac enim de causa pessime audite
negotiatio, & in sacris literis & apud sacro-
rum doctores. Vnde David Psal. 70. Quo-
niam non cognoui negotiationem (secun-
dum 70) introibo in potentias Domini,
Domine memorabor iustitiae tuae solius.
Quasi negotiatorum iustitia non sit iusti-
tia Dei Et Chrysolto. super illam historiam
Christi apud Matth. eiciens vendentes
& ementes de templo, & refertur 8. dil.
can. eiciens significauit, inquit, quod mer-
cator nunquam potest placare Deo, & ideo
nullus Christianus debet esse mercator,
aut si voluerit esse, proiciatur de ecclesia,
dicente Propheta. Quia non cognoui ne-
gotiationes introibo in potentias Domini.
Atque haec de causa interdicta est cleri-
cis, vt patet eadem distinctione per totū.
In contrarium est Aug. sententia in lib. Argu-
mentum veteris & noui testamenti,
& refertur in eadem distinctio. can. fornicari.
vbi ait, Fornicari hominibus semper non
licet, negotiari vero aliquando licet, ali-
quando non licet, laicis licet, sacerdotibus
non licet.

Pro quaestione decisionem notandum est,
negotium otio esse contrarium. Est enim otio
idem quod absque otio. Vnde pro labore
& occupatione accipitur. Quomodo
dicimus, Negotium forense aut fornicare,
&c. Peculiariter autem negotiari idem est,
quod mercaturam exercere. Et est foris
Antonomasia quaedam propterea quod in
ars haec sollicitudinibus implicita ab otio
est alienissima. Est ergo negotiari erare
vt reuendas. Vnde negotiatores compro-
res dicuntur pro eo quod ex omnibus si-
mul locis emunt, & mercatores, quia, mer-
cari, communi vsu non tam est simplici-
ter emere quam lucrī causa ad reuendē-
dum. Et dicuntur praeterea instiores, eo
vt ait Vlpia. quod negotijs instent. Vnde
Prou. 31. Facta est sicut nauis institoris. Du-
plex autem negotiationis species distin-
guitur: videlicet vna qua res emitur, vt per
industriam mutata reuendatur. Sed haec ne-
gotiatio (vt eo ca. eiciens habetur) non est nulla ne-
gotiatio.

Primū
argum.

Aristot.

Secūdu
argum.
Aristot.Tertiū
argum.